

257

dicimus quod lex moysi crudelis est quae ubi & puniri adulterum uel adulteram.
Euan gelium xpi per indulgentiam resoluit auditores in deterius non ita est
propterea enim sermonem pauli protulimus in superioribus dicentis: quanto
magis deterioribus supplicis dignus est qui filium dei conculeauerit & cetera.
Audi ergo quomodo neque tunc crudelis fuerit lex neque nunc dissolutum iudex
euangelium propter uenientem largitatem: sed in utraque dei benignitas diuersa dis
pensatione tenetur; hoc quod secundum legem uerbi causa adulter uel adu lte
ra presentim morte puniebantur; propter hoc ipsum quod peccatis suis protulit
poenam & commissis celeris & soluit digna supplicia; Quid enim post haec quod
animabus eorum ultionis imminet si nihil aliud deliquerunt si aliud peccatum
non est quod condemnentur sed hoc solum commiserunt: & tunc tantum cum pun
tisunt & legis pro hoc supplicium pertulerunt; Non uindicabit dominus his in diu
sum. receperant enim peccatum suum & consumpta est criminis poena: & ideo hi
ueniuntur hoc genus praecipua non crudele sicut haeretici adferunt accusantes
legendi & negantes in ea humanitatis aliquid contineri; Sed plenum miseri
cordia ideo quod pro hoc purgaretur & peccatis populus magis quam con
dempnaretur; Nunc uero non inferatur poena corpori nec purgatio peccati
per corporale supplicium: constat sed per penitentiam: quam utrumque quis digne
gerat ita ut mereri pro eueniam possit. uidete. multi sunt enim qui nec ad
hoc meliorantur: nec penitentiae refugium querunt sed cum ceciderint surgere
ultra nolunt. delectantur enim in moluro quo haeserint uoluntari. nos tamen
obliuiscimur praecipua illius quod dicitur in qua mensura mensi fuerit
suum nomen in posuit & ideo nullo genere aduersum patrem aut matrem
ne uerbo quidem habendum certum non est aut mouenda contra dictio; Pat
er est mater est ut ipsis uideatur agant faciant: dicant ipsi nouerint quantum
cumque detulerimus obsequii nondum reddimus uicem gratiae quae gentis sumus
quae portati quae hauserimus lucem qua uicti sumus fortassis & uentum & ho
nestas artibus instituti: & ipsi fortasse auctoribus agnouimus deum & ad eccle
siam dei uenimus: & sermonem diuinae legis audiuimus; Propter haec ergo
omnia: quicumque maledixerit patri aut matri morte morietur; Quod si haec